



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Aduentus Christi praeparatio triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Aduentus Christi preparatio triplex.*

**P**rima est ut fideles audientes Dominū prope esse, honestius se habeant, sic enim solent accipere ministri domus, uel subditi, Dominus, uel prior uenit, tenent uos in pace; & uere iustum est ut in tanta solemnitate, & etiam circa alias, honestius se habeant, & in aduētū tanti domini à malo cessent. Idcirco admonebat Esaias dicens.

*Esai. 1.*

Quiescite agere peruerse, disce benefacere. Tali tempore representat ecclesia quod filius Dei reliquit pro nobis tot, et tanta bona. Vnde

*Hier. 12*

Hieremias dicebat. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. &c. Bene iustum est, ut tali tempore saltem peccata relinquamus. Secunda est, ut audientes tantum dominum prope esse sollicitè præparent, quæ preparanda sunt. Et nota quod hæc preparatio in tribus consistit. Primo in hospitii mundificatione. Vnde Esaias dicebat. Luminari mundi estote. Mundissimo nanque domino mundus debetur habitatio. Est enim candor lucis æternæ,

*Esai. 1.*

Et nota quod hæc preparatio in tribus consistit. Primo in hospitii mundificatione. Vnde Esaias dicebat. Luminari mundi estote. Mundissimo nanque domino mundus debetur habitatio. Est enim candor lucis æternæ,

na, & candidę oportet esse animam  
 in qua ipse sedere elegerit. Secun-  
 do in uestium pulcritudine. ut Esa-  
 ias adhortatur inquiring. Induere  
 uestimentis glorię tuę Hierusalem  
 ciuitas sancta. Baruch quoque ait.  
 Exue te Hierusalem stolam luctus,  
 & uexationis tuę, & induere deco-  
 rem, & honorem eius, quę a deo  
 tibi est in sempiterna gloria. Ter-  
 tio in epularum delectabilitate.  
 Sunt etenim delicię bona opera pu-  
 ra intentione facta, bona uerò ope-  
 ra possumus intelligere opera se-  
 ptem misericordię, de quibus in  
 persona pauperis loquitur Chri-  
 stus quando dicebat. Esuriui, & de-  
 ditis mihi manducare, sitiui &c.  
 Tertia est, ut intelligentes deum  
 esse prope, exeant obuiam ei. Ec-  
 ce sponsus uenit, exite obuiam ei.  
 Legitur apud Matthęum.

Esa. 52o

Baru. 5o

Mat. 25

Mat. 25

*Aduentus Christi bona fue-  
 runt septem.*

**P**rimum fuit mundi illumina-  
 tio. Vnde Io. dicebat. Erat lux  
 uera quę illuminat omnē ho-  
 minem uenientem in hunc mun-  
 dum. Item dicebat. Ego sum lux

Ioan. 1o

Ioan. 8o

B